



**Judas Der Ertz-Schelm/ Für ehrliche Leuth/ Oder:
Eigentlicher Entwurff/ vnd Lebens-Beschreibung deß
Iscariotischen Bo[e]ßwicht**

Worinnen vnderschiedliche Discurs, sittliche Lehrs-Puncten/ Gedicht/ vnd
Geschicht/ auch sehr reicher Vorrath Biblischer Concepten. Welche nit
allein einem Prediger auff der Cantzel sehr dienlich fallen ...

Abraham <a Sancta Clara>

Saltzburg, M.DC.LXXXII

Index Concionum Ad Dominicas I. Adventus. Tunc videbunt filium hominis
venientem. Luc. 21.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56464)



INDEX

CONCIONUM AD DOMINICAS PER ANNUM.

DOMINICA I. ADVENTUS.

Tunc videbunt filium hominis venientem.

Luc. 21.

Ad genus humanum & universum Orbem judicandum erit ille Adventus, in quo Judex noster comparebit Justissimus, & judicium illius erit æquissimum. *Dagumahlen wird alles just hergehen / vnd wird h-issen / es ist nichts so klein gesponnen / es kombt an die Sonnen.* Vide plura Pag. 211.

Ille Judex nec gratia prævenitur, nec Misericordiâ flebitur, nec pecunia corrumpitur, nec pœnitentiâ vel satisfactione mitigabitur. Hic dum tempus habet, agat anima pro se, quamdiu locus est Misericordiæ, quia ibi erit locus Justitiæ. S. P. Augustinus lib. de 10. cho. c. 2.

DOMINICA II. ADVENTUS.

Quid existis in desertum videre arundinem vento agitatam.

Dilere de fragilitate, & vitrea hominis vitâ, Morio certè indigendus est, qui mori non considerat. *Es ist kein Federhamsß so groß / dem der Todt nicht kan die Flügl stuzen.* Vid. p. 309.

Timor de futura morte mentem necessario concutit, & quasi clavus carnis omnes motus superbiæ ligno crucis affigit. S. P. August. de doct. Christ.

DOMINICA III. ADVENTUS.

Et confessus est, & non negavit. Joan. 1.

Idoneus est locus hic dicendi, de valore, & val niente Confessionis, quæ & qualis Confessio sit peccatori necessaria. *Etliche g'lauben / es sey leichter ein Martyrer zu seyn / als ein Beichtiger.* Vid. p. 408.

Non operui, sed aperui, ut operires, non celavi ut tegeres, nam quando homo detegit, Deus tegit, cum homo celat, Deus nudat, cum homo agnoscit, Deus ignoscit, S. P. Aug. sup. Psalm.

DOMINICA IV. ADVENTUS.

Venit in omnem Regionem Jordanis, prædicans baptismum

Penitentia. Luc. 3.

Ostende hic efficaciam Verbi Dei, & utilitatem Concionum. Es ist kein besserer Streich/als wann einem ein Prediger eines an ein Ohr gibt. Vid. p. 65.

Quid vobis plus esse videtur, Verbum Dei, an Corpus Christi? si vultis verum respondere, hoc utique dicere debetis, quod non sit minus verbum Dei, quam corpus Christi, & ideo non minus reus sit qui verbum Dei negligenter audiverit, quam ille, qui Corpus Christi in terram negligenti à suâ cadere permisit. S. P. Aug. in serm. quodam.

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI.

Hec vidua usque ad annos octoginta quatuor, &c. Luca 2.

Hæc ætas ætate nostra utcumque rara est, quia mors dura in suâ scriptura plerumque solet uti abbreviatione. Das Menschliche Leben ist der Graff Kurhischen Casata nächst anberwähnt. Vid. p. 232.

Quid in hac terrâ certum est, nisi Mors? quid sis, hodie scis, quid facturus sis crastino, nescis, quocumque te verteris, incerta omnia, Mors certa, S. P. Augustinus apud Beier. the. 3.

DOMINICA I. POST EPIPHANIAM.

Ascendentibus illis Jerosolymam secundum consuetudinem diei

Festi. Luc. 2.

Festa corrupto hoc sæculo sunt satis infesta, & nullo die magis sensualitas carnis pet gulam enutritur, quam festivo. Man kan derzeit die Festtag Freßtag nennen/in dem Calender werden die Feiertag roth geschrieben/dann sie schämen sich/das sie so schlecht geheilliget werden. Vide pag. 151.

Mementote quod dixi, tum everlam esse Jerusalem, cum ipsa solemnitas ageretur, in quâ solemnitate Dominum crucifixerunt, congregati sævierunt, congregati perierunt. S. P. Aug. in Psal. 73.

DOMINICA II POST EPIPHANIAM.

Vinum non habent. Joan. 2.

Magna est Deipara in Nominativo, quia dulcissimum hoc Nomen ei cælitus datum, Magna est Deipara in Genitivo, quia illa solo Virginitatis flore genuit Salvatorem Mundi. Magna est Deipara, in Dativo, quia dat omnibus affluenter. Bey Gott lassen sich keine Sünden vermäntlen/ausser mit dem Schuymantel der Mutter Gottes. Vid. 404. & seq.

Auctrix peccati Eva, auctrix meriti Maria, Eva occidendo obfuit, Maria vivificando profuit. Illa percussa, ista sanavit, S. P. August. Serm. de Passione.

DOMINICA III. POST EPIPHANIAM.

Vade, & Vadit. Matth. 8.

Ingens imò Amplissimus ordo servitorum est in hoc mundo, in omnibus compitis sonat hoc verbum. Servitor, sed quomodo se servant servi sæculares in suis servitijs? *Wil. Knecht/ wenig recht. Vid. p. 5.*

Non Deus sic æstimat hominem, quomodo homo æstimat hominem, quando invenit homo servum venalem, carius emit equum quam hominem. S. P. Augustinus in Psalm. 143.

DOMINICA IV. POST EPIPHANIAM.

Ecce motus magnus factus est in Mari. Matth. 8.

Non incongruè hic arguere poteris lufores chartarum, & Faxillorum, nullibi enim majores rixarum & blasphemiarum insurgunt motus, quam inter hujus facis homines. *Durch das Spilen/ richt ihm einer ben Gott ein grausambes Spil zu.*

Ludus est domestica prædatio, usuraria labes, mendaciorum Mater, crudelis blasphemix Pater, corruptio populorum, discordiarum, & homicidiorum mulorum origo, immane desperatis barathrum, &c. S. Bernardin. to. 1. 8. 4.

DOMINICA V. POST EPIPHANIAM.

Sinite utraque crescere, usque ad messem. Matth. 13.

Ex hac occasione ostende, quod nemini etiam flagitiosissimo homini sit desperandum, quin potest esse, per immensam Dei bonitatem, ut etiam zizania adhuc ante mortem in triticum convertantur. *Gott ist der allerbeste Alchimist. Vid. p. 336. & seq.*

Nemo diffidat, nemo veterum conscius peccatorum præmia Divina desperet; Novit Dominus mutare Sententiam, si tu noveris emendare delictum. S. P. Augustinus lib. de Symb. ser. 6.

DOMINICA VI. POST EPIPHANIAM.

Simile est Regnum Cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in satis tribus. Matth. 13.

Rara mulier sine fermento superbix invenitur, pleraque cernuntur sceminx inflatæ, & ipsarum exultatio est exaltatio. *Alle Thren wollen hoch angesehen seyn/ dann sie meistens an dem Thurn stehen. Vid. p. 10.*

Qui superbiam habet, sine causâ habet alias virtutes, imò eas non habet, sed videtur habere, qui enim hoc habet, quod Deo contrarium est, quomodo potest habere, quod Deo amicum est? S. P. Augustinus de obed. & hura,

DOMINICA SEPTUAGESIMÆ.

Ite vos in vineam meam. Matth. 20.

Quamplurimi inveniuntur, qui vocantis Dei salubres Inspirationes
 contempnunt, sed erit tempus, quo Iustissimum Nomen non amplius
 vocabit, sed vacabit. Es streifliche G. obhat/ wann sich jemand gegen
 G. st. it/ als thue er nit hören. Vid. p. 408. & seq.

Non cessat Sathanas suadere malum, sed nec Deus cessat suade-
 re bonum. S. P. August. Serm. 132. de temp.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Ad tempus, credunt, & in tempore tentationis recedunt. Luc. 8.

Hic potest haberi sermo de malè fundatis Politicis, sive de amicis, qui
 amittuntur pallio fidelitatis, intus autem sunt lupi rapaces. Es gibt
 in Gütern und Gemüthern Leonische & ahren. Vid. p. 309. & p. 333.

Quia nihil boni in abscondito fecis, ne a cunctis cognitus de-
 tecteris, finge de foris esse, quod intus non appetis, Religio vera re-
 spondeat. Imò magis satage esse, quod es, nam ostendere te homini-
 bus, quod non es, quid aliud quam damnatio est? S. P. August. tom. 9.
 lib. de confit. vit. & vir.

DOMINICA QINQUAGESIMÆ.

Domine ut videam. Luc. 18.

EX hac occasione hujus thematis potest ostendi cæca stultitia, aut stul-
 ta cœcitas mortalium, quod non videant vanitatem mundi. Der ist
 nol ein rechter Beith/ der nit sieht das alles eptl. Vid. p. 279.

Vincula hujus mundi asperitatem habent veram, jucunditatem
 falsa: certum dolorem, incertam voluptatem; durum laborem, timi-
 dam quietem; rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem, S. P.
 Augustinus apud Lang. in Polyanth.

DOMINICA QUADRAGESIMÆ.

Si filius DEI es, mitte te deorsum. Matth. 4.

Turpissimum genus mortis est, sibi met propriâ manu inferre ne-
 cem, & ut verba hic alligata indicant, ejusmodi morte Christum
 voluit Dæmon, sed conatus eum sefellit. Der ist ein Narr/ der sein
 eigener Hencker ist. Vid. circa p. 530.

Judas enim cum se occidit, sceleratum hominem occidit: & ta-
 men non solum Christi, verum etiam suæ mortis reus finivit hanc
 vitam, quia licet propter suum scelus, alio scelere suo occisus est. S. P.
 Augustinus 1. Civit. c. 17.

DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ.
Resplenduit facies ejus sicut Sol. Matth. 17.

Locus opportunus hic se offert, in quo ostendi potest nimia in quibusdam formæ cura, cum tamen inter faciem & facem, exigua sit distinctio, sed extinctio. Die Gestalt vergehet / die Tugend bestehet. Vid. p. 273.

Flaccescit pulchritudo, & citius quàm folia humi decidit, & priusquam venerit Autumnus, marcescit & interit. Clem; Alexand. 3. præd. c. 1.

DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ.
Beatus venter. Luc. 11.

Benè pia fœmina beatificavit ventrem Deiparentis, at malè nos beatificamus corpus nostrum, negligèntiâ animæ curâ. Bey Leib den Geib sollen wir nicht höher schätzen als die Seel. Vid. p. 250.

Anima humana omnium Creaturarum naturam participat, omne spirituale suum est; quia coram habet ad manendum, Angelos ad congaudendum, gloriam ad habendum, & Trinitatem ad fruendum. S. P. Augustinus serm. 48, ad F. F.

DOMINICA IV. QUADRAGESIMÆ.
Colligite fragmenta, ne pereant. Joan. 6.

Locus hic opportunus differenti de sacris Reliquiis, quarum usus legitimus commendatur. Man pflegt insgemein von einer angenehmen Sach zu reden / er hebts auff wie ein Heiligthumb. Vid. p. 460.

Sanctorum Corpora, & præcipuè Beatorum Martyrum Reliquias, ac si Christi membra syncerissimè honoranda, & Basilicas eorum nominibus appellatas, velut loca sancta Divino cultui mancipata affectu piissimo, & devotione fidelissima adèundas credimus. S. P. Augustinus tom. 3. de Ecc. dogm. c. 73.

DOMINICA PASSIONIS.

Vos non cognovistis eum. Joan 8.

Verum dicit mansuetissimus Salvator, nam qui dicit se nosse Deum, & mandata ejus non custodit, hic mendax est, quàm ergo abominabiles sunt Christiani, qui fidem quidem exterius profitentur, factis autem negant. Das heist vil Geschrey / wenig Th. Vid. p. 399.

Cum dilectione fides, Christiani, sine dilectione fides Dæmonis. S. P. Augustinus 10. de Civit.

DOMINICA PALMARUM.

Hosanna filio David, benedictus qui venit in Nomine Domini.
Matth. 21.

Placuit hic puerorum Cantus Salvatori triumphanti, placet non minus sacra hucusque usitata in Ecclesia Psalmodia, utpote cœlestium geniorum, sed necesse est, ut clament, seu cantent pueri, id est puri. Vid. p. 89.

Tunc in toto corde clamatur, quando aliunde non cogitur, tales orationes raræ sunt multis, crebræ paucis, utrum nec cuiquam, nescio, S. P. Augustinus in Psalm. 85.

DOMINICA RESURRECTIONIS.

Surrexit, non est hic. Marc. 16.

Persuaderi potest, ut Auditores cum Christo resurgere conentur, spiritaliter, ut videlicet iterum Deo per exactam confessionem, & vitæ emendationem concilientur. *Auff solche Weis hat der Mensch rechte glückselige Osterfeiertag.* Vid. p. 333.

Quis peccatorem mortuum in peccatis suscitabit, nisi qui remoto lapide clamavit dicens: Lazare prodi foras. Quid est autem foras prodire, nisi quod occultum est, foras prodere? qui confitetur foras prodit, S. P. Augustinus S. de verb. Domini.

DOMINICA I. POST PASCHA.

Noli esse incerdulus, sed fidelis. Joan. 20.

Elucidari hic possunt singularia quædam de fide Orthodoxâ, quæ tamen in adultis siue ope operum bonorum operam perdit. *Ein grosser Unterschied ist zwischen Catholisch und Ketzertolisch.* v. p. 399.

Christi ille non famulus, sed sublannator & Irrisor est, qui ejus se servum dicit, cui servire dissimulat. S. P. Augustinus de vit. Christi tom. 9. c. 1.

DOMINICA II. POST PASCHA.

Pastor bonus animam suam dat pro ovibus suis.

Joan. 10.

Privata commoda sunt bono publico postponenda, sed contrarium plerumque in aulis Principum cernitur. *Es heist halt das Hemd ist mir nähender als der Rock.* v. p. 391.

DOMINICA III. POST PASCHA.

Modicum. Joan. 16.

Ex hoc themate potest ostendi, modicum vitæ humanæ, modicum honorum, modicum divitiarum, modi um denique omnium rerum caducarum. *Die Welt ist dem Schaben und Schaben vudertorffen.* Vid. p. 530.

Quid strepis O munde? imunde quid strepis? quid acendere conaris? tenere vis periens? quid faceres? si maneres? quem non deciperes dulcis, si amarus alimenta mentiris. S. P. Augustinus serm. 29. de verb. Dom. c. 5.

DOMINICA IV. POST PASCHA.

Tristitia implevit cor vestrum. Joan. 16.

Remedium contra tristitiæ affectum videtur innui ipso hodiernæ Dominicæ nomine, dicitur enim vulgo, Dominica Cantate, sed opportunum hic erit differere de turpibus cantilenis, quibus tempus fallere solent insolentes non pauci. *Der Teuffels Cammer-Music.* Vid. p. 108.

DOMINICA V. POST PASCHA.

Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis.

In nulla re mirabilius elucescit sapientia supremi Numinis, quàm in Talione, solet enim plerumque tam in malo, quàm in bono Talionem reddere. *Das heist mit gleicher Münz bezah'en.* Vid. p. 183.

Quâ mensurâ mensi fueritis, remetietur vobis. Matth. 7.

DOMINICA VI. POST PASCHA.

Ille testimonium perhibebit de me. Joan. 15.

Ostendi potest, quæ testimonia exhibeat spiritus veritatis de nostra fide, videlicet Constantiam Martyrum, multitudinem miraculorum, sanctitatem hominum, &c. *Der Glaub macht seelig.* Vid. p. 391.

Nullæ sunt majores divitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi hujus major substantia, quàm est fides Catholica. S. P. Augustinus serm. 1. de verbis Ap. c. 4.

DOMINICA SEU FESTUM PENTECOSTES.

Si quis diligit me. Joan. 14.

Congrua hodierna die materia se offert tractandi de amore erga Deum, tanquam infinitum bonum. Gott lieb u/ macht nie betrüben. Vid. p. 81.

Minus Domine te amat, qui aliquid tecum amat, quod propter te non amat, S. P. Augustinus lib. 13. conf. ff.

DOMINICA I. POST PENTECOSTEN.

Eadem mensura. Luc. 6.

Plerumque fovea aliis destinata, fodienti occurrit, & mala consilia in caput authoris redeunt, Vid. p. 183.

Fremit doctitas se deceptam, & in se fraus reversa colliditur. Herodes stridet, cadens ipse, in laqueum, quem tetendit. S. Petrus Chryl. serm. 152.

DOMINICA II. POST PENTECOSTEN.

Uxorem duxi non possum venire. Luc. 14.

Occasio est hic loquendi de infano quorundam amore, qui non raro carnales in gar Warren convertere solet. Vid. p. 315.

Qualis est in oculis hominum, qui inversis pedibus ambulare videtur, talis est in oculis Angelorum, cui propria caro dominatur. S. P. Augustinus de sing. Cleri.

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

Congratulamini mihi, quia inveni ovem, quae perierat.

Luc. 15.

Nullus peccator tam est perditus, ut reperiri & in viam reduci non possit, hinc nemini etiam sceleratissimo desperandum est, quia misericordia DEI super omnia opera ejus. Das Wort Gott hat bey den alten Teutschen so vil geheiss. n als Gut. Vid. p. 31.

Ipse quippe Dominus noster Jesus Christus dixit: nemo bonus nisi solus Deus, nonne stimulavit nos ad inquirendum, & distinguendum, quid sit bonum ab alio bono bonum, in seipso bonum. S. P. Augustinus sup. Psalm.

DOMINICA IV. POST PENTECOSTEN.

Et cum hoc fecissent, conchuserunt piscium multitudinem copiosam
Luc. 5.

Aptus hic discursus occurrit de quovis hominum statu salvando.
Der Himmel ist vor alle gebaut. Vid. p.
 Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ætate grandes, salvi fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominantur. S. P. Augustinus de natur. & grat.

DOMINICA V. POST PENTECOSTEN.

Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit Judicio. Matth. 5.

Multi etiam umbram contumeliæ dolenter ferunt, & pro minima convitiatorum scintilla vindictam quarant. *Ein teuflische Gedächtnus, wann mans einem nit vergessen kan. Vid. p. 326.*

Multa sunt genera Eleemolynarum, quas cum facimus, adjuvamur, ut dimittantur peccata nostra, sed eâ nihil est majus, quâ ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccavit. S. P. Aug. in Enchir.

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.

Misereor super turbam. Marci. 8.

Hic potest declarari immensa Dei bonitas, & infinita Misericordia, quam largè in omne hominum genus, etiam inlicitissimum effundit. *Es heist auch gar oft / je grösser der Schelm / je besser Glück. Vid. p. 349.*

Ecce Misericordia, quando vides Justos, & injustos eundem solem intueri, eandem lucem capere, eosdem fontes bibere, eadem pluvia saginari, iisdem fructibus terræ repleri, noli putare injustum esse Deum, qui dat ista æqualiter justis, & injustis, Misericordiæ tempus est, nondum judicii, nisi enim primò Deus per Misericordiam parceret, non inveniret, quos per Judicium coronaret, S. P. August. in Psalm.

190.

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN.

Attendite à falsis Prophetis. Matth. 7.

O quantus numerus eorum, qui externam solummodò bonitatis & amicitia speciem sectantur! O quoties summa malitiæ pietatis pallio vestitur, & lupus pelle tegitur Ovina. *Es ist nit alles Gold was scheint. Vid. p. 272.*

Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, quia iniquitas est, & simulatio, Et sicut propè summa & divina virtus est neminem decipere, ita ultimum vitium est, quemlibet decipere. S. P. Augustinus lib. 8. 99. 2.

DOMINICA VIII. POST PENTECOSTEN.

Homo quidam erat dives. Luc. 16.

Ostendatur vanitas & inanitas divitiarum, siquidem tam cito fit Codrus, qui modo Cræsus erat: Ergo sursum corda habemus ad Dominum. *Der ist wol ein Eimanel/ der nit sucht den Himmel.*

Fuge Creaturas, si vis habere Creatorem, omnis creatura vilescat, ut Creator in corde dulcescat. S. P. Aug. 1. in Joan. 2.

DOMINICA IX. POST PENTECOSTEN.

Domus mea domus Orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Luc. 19.

Supelletilis sacra mundities & liberalitas in ornatum templorum commendatur. *Wol gebuht/ vnd nichts geschmuht. v. p. 274.*

Quam videtur absurdum, ut stratus ille diligentius excolatur, ubi corruptibilis caro soporis quiete resolvitur, quam ara crucis, in qua videlicet hostia Dominici corporis immolatur, Pet. Damian. in Epist. ad Cardinal Vid. p. 274.

DOMINICA X POST PENTECOSTEN.

Publicanus percutiebat pectus suum. Luc. 18.

Poterit hic agi de Pœnitentia, & contrito corde peccatoris, qui per similes pectoris tunctiones ipsum verberare solet dæmonium. *Das größte Layd ist/ wann man nit Layd trägt vber seine Sünden. v. p. 359.*

Iustitia de cœlo prospexit, tanquam Dei dicentis: Parcamus huic homini, quia ipse agnoscit, conversus est ad puniendum peccatum suum, convertar & ego ad liberandum eum S. P. Aug. sup. Psal. 84.

DOMINICA XI. POST PENTECOSTEN.

Adducunt ei surdum. Marc. 7.

Aliqui sunt surdi in audiendo Deo vocante ad certum statum, & hæc periculosa est sorditas, juxta illud Prov. quia vocavi vos &c. Alii surdi in Divino audiendo verbo: utraque surditas summe displicet Deo. *Es heist zuwilen zu einem Ohr hinein/ zum andern wider heraus. v. p. 65.*

Qui verbum Domini libenter audit, in aures animæ de patria Paradisi transmissas se suscepisse non dubitet, S. P. Aug. hom. 26. ex 50.

DOMINICA XII. POST PENTECOSTEN.

Sacerdos quidam viso illo præterivit. Luc. 10.

Objurgare poterat Sacerdos iste, quod hominem à Latronibus saucium & semivivum in via jacentem deseruerit; nullum magis abominabile scandalum, quam in pravis Sacerdotibus, v. p. 358.

Nihil est turpius, quàm excellentem esse quemlibet culmine, & despiciabilem vilitate, quid est dignitas indigno, nisi ornamentum in luto? & ideo cunctos, qui sacri Altaris suggestu eminent, tantum excellere oportet merito, quantum gradu. Salvi. lib 2 Eccl. Cath.

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

Ite ostendite vos Sacerdotibus. Luc. 17.

Hic commodum est differere de virtute & efficacia Confessionis Sacramentalis, prout superius inuimus v. p. 341.

DOMINICA XIV. POST PENTECOSTEN.

Nonne anima plus est quàm esca. Matth. 6.

Cum tanta sit excellentia animæ, quæ merito pro Regina haberi potest, haud scio quomodo subversus sit Ordo, & corpori utpotè vili mancipio plus seruiatur, quàm animæ. v. p. 264.

Quemadmodum fatendum est, animam humanam non esse, quod Deus est, ita præsumendum, nihil inter ea omnia, quæ creavit, Deo esse propinquius. S. P. Aug. lib. de an. c. 2.

DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

Adolescens tibi dico, surge. Luc. 14.

Vivis coloribus poterit hic mors depingi, quæ non solum Senibus, sed etiam Adolescentiæ & Juventuti insidatur. Was den Tod anbelangt / ist der Mensch Bog sey. v. p. 263.

Quis resistit morti? resistitur ignibus, undis, ferro, resistitur potestatibus, Regibusque. Venit una mors, qui ei resistit? nihil est illa fortius. S. P. Aug. in Psal. 111.

DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN.

Si licet Sabbato curare. L. 14.

Ex hoc themate poterit agi de diebus festivis observandis, die Fest halt man best / aber wie? v. p. 173. & 176.

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN.

Interrogavit eum unus ex eis Legis Doctor. Matth. 22.

Occasio est differendi de statu Advocatorum. Ob die 3 Buchstaben J, U, D. den rechten Titel vorstellen / hoc solum intelligendum de illis, qui contra conscientiam agunt. v. p. 23.

DO.

DOMINICA XVII. POST PENTECOSTEN.

Surge tolle grabatum tuum. Matth. 9.

Idoneus iste locus est dicendi de quibusdam delicatulis, qui etiam minimam recusant terre pœnitentiam. v. p. 361.

Excrucio, me planè ut ille parcat, do de me pœnas, ut ille subveniat, ut placeam oculis ejus, nam & victima excrucietur, ut in aurum imponatur. S. P. Aug. tract. de Vit. 1.

DOMINICA XIX. POST PENTECOSTEN.

Quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias. Matth. 22.

Nullus Status excluditur à Regno cœlorum, quia Deus credentes non status diversitate, sed fidei merito ponderat. *Was gehet miffen durch.* v. p. 390.

Sicut scala, per quam ascenditur in altum, ex variis composita est & constructa gradibus, ita fideles Redemptionis & meritorum Christi effecti participes, per varios gradus vocationum, Professionum & statuum ascendunt ad cœlum. Anonym.

DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN.

Incipiebat enim mori. Joan. 4.

Qualis vita, sicut in. *Der Todt ein Cop. v. d. B. Lebens.* v. p. 500. & seq.

Volunt homines vivere, ut Peccatores, & mori ut justis, sed Dominus non novit, aut consuevit dare mortem justorum, nisi justis. Olear. in num. c. 23.

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN.

Serve nequam. Matth. 18.

Liquidè constat, hunc servum voluntatem Domini sui cognovisse, ut & ipse misericordiâ uteretur, ergà conservum suum, quâ tamen usus non est, magna igitur malitia quorundam servorum. *Das Ge sind ist selten ohne Sünd.* v. p. 360.

DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN.

Quid me tentatis Hypocrite. Matth. 9.

Falsus, falsa, falsum, falsus mundus, falsa terra, falsum genus humanum, denique ut plurimum omnia falsa, *Es ist kein öfftere Music auff der Welt zu hören/ als der Falschheit.* v. p. 272.

Nulla res sic exterminat bonum, sicut simulatum bonum, nam manifestum malum, quasi malum fugitur, & cavetur, malum autem sub specie boni celatum, dum non cognoscitur, non cavetur, sed quasi bonum suscipitur. S. Chrysost. hom. 19. in Matth.

DO.

DOMINICA XXIII. POST PENTECOSTEN.

Puella tibi dico surge. Matth. 9.

Ostendi potest, quod Christus Dominus, à quo versabatur in terris, nullum Senem à mortuis ad vitam resuscitaverit, ex quo colligendum est, quàm difficile sit, inveteratum, & in peccatis habituatum in morte respicere, igitur pœnitentia non est procrastinanda. Man sagt sonstien/ quod differtur, non aufertur, aufgeschoben/ ist nit aufgehoben/ aber d'iffahls hat solches Sprichwort allhier keine n'Platz.

DOMINICA XXIV. POST PENTECOSTEN.

Videbunt filium hominis venientem. Matth. 24.

O Bone Jelu ! quid potest lamentabilius esse, quàm Ire ? quid gratius quàm Venite ? sunt duæ voces, quarum una in extremo judicio mentes terrore concutit, altera corda justorum delectat. v. p. 209.

Majus tormentum malis erit, furorem vultus Divini tolerare, quàm cruciatus infernales perpeti. S. P. Aug. serm. 120. de temp.



Judas